

LAMPERTVS DISTELMARIUS CANCELLARIUS BRAN-
denburgicus.



Lampertus honesta familia natus, & in pietate à pueris educatus est. Is cum prima literarum fundamenta iecisset, capescendi ingenij cultus gratia ad uarias academias profectus est. In ijs artibus & linguis operam dedit, & uiris doctis connumeratus fuit. Postea uero animum ad Legum studia conuertit, & sua diligentia adeò profecit, ut Iuris utriusq; Doctor crearetur. Erat etiam pietati deditus, & singulari facundia cōspicuus. Id cum loachi mus elector Brandenburgensis cognouisset, hunc Lampertum ad se uocauit, & in consilium receptū suum Cancellarium constituit. Eam prouinciam is gnauiter administrauit, atq; res uarias sue fidei cōmissas magna dexteritate expediuuit. Multis etiam comitijs interfuit, atq; uarias animi & corporis dotes manifestauit. quod quidem potissimū 1562 Franckoforti apparuit, cum Maximilianus 2 in eius presentia Cesar decerneatur. Hinc factum ut meritò Lampertus hoc loco Heroicis uiris insertus fuerit. Anon.